

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii  
In India Socij**

**Trigault, Nicolas**

**Coloniae, 1611**

Capvt I. De ortu Gasparis, eiusque gestis, priusquam Societatem  
ingrederetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45183**

VITAE  
G A S P A R I S  
B A R Z A E I B E L G A E  
E S O C I E T A T E  
I E S V.

L I B E R P R I M U S.

C A P V T I .

D e ortu Gasparis , eiusq; gestis , prius-  
quam Societatem ingredie-  
retur .

**B**ELGIUM in Provincias 17. diuisum , vnam  
habet cōpluribus Insulis distinctam , Ze-  
landiam , Mattiacis o-  
lim populis (ut doctioribus placet)  
habitata m. Harum vna Goëza , ab  
oppido , quod continet , eius nomi-  
nis dicta , Gasparis patria est ; ubi pa-  
rentes habuit honestos quidem , sed  
tenues ac plebeios , quos supra vul-  
gus vera filij nobilitas virtute parta

A fūb-

2 VITAE GASP. BARZAEI,

sūbuexit. Porrò patrem Franciscū, matrem Agnetem dictam tferunt.

*Origo*

*Gaspars*

& *edu-*

*catio.*

Vnde factum existimo, vt in Lusitania Gaspar Franciscus appellatur, more suægentis, cognomen à parentis nomine mutuatus, tanquā peregrinum minùs, & Lusitanis auribus altero cognomine familiarius.

Eius natalem annum, pueritiam, ac propè totam ætatem, exceptis paucis illis postremis, quibus omnino claruit, annis, fortunæ conditio, & verò viri modestia planè obscuram reddiderunt. Fuit enim ex illis unus, de quibus sacræ litteræ dicunt: Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, ijs è diametro aduersus, quibus occidit sol in meridie. Sic tamen accepimus, eum post prima Grammaticæ rudimenta in Zelandia deuorata, in celeberrimam & antiquissimam Louaniensem Academiam, in Brabantia Belgij Ducatu sitam, & eius Metropolim, concessisse: ubi expleto Philosophicæ curriculo, ac Magisterij

rijs laurea donatus, in Castrensi, ut  
ajunt, Pædagogio, Theologica stu-  
dia arripuit, eosque fecit progres-  
sus; quos conciones habitæ, respon-  
sa de iure conscientiæ data declara-  
runt; nisi scientiam illi diuinitus  
inditam (quod alibi discutiendum  
est) cum multis existimemus.

Inde varij eum casus erroresque  
in Lusitaniam attulerunt; quibus  
porro cassibus iactatus sit, incertum.  
Non defunt tamen, qui sub Carolo  
V. militasse putent: at tandem ma-  
lis eruditum, quibus expertis bel-  
lum amarescit, militiæ primum,  
postea etiam mundo nuntium re-  
misisse. An idoneo autore ita sen-  
tiant, ambigo. Nec de nihilo ta-  
men hæc opinio nata est: quando in  
litteris Indicis iam olim editis, ad *Lobanij*  
marginem litterarum Ormutina- *an. 1568*  
rum, hæc à fidâ, ut creditur, manu  
adiecta reperiuntur. At verò non  
est quod incerta confitemur. Cer-  
cum illud, priusquam se Deo man-  
ciparet, in Lusitania viro nobis  
hæsisse. Erat is Sebastianus

A 2 de Mo-

I  
scu-  
unt.  
sita-  
are-  
en à  
iquā  
s au-  
ilia-  
  
iam,  
eptis  
om-  
ndi-  
ob-  
n ex-  
teræ  
Igor  
è di-  
t sol-  
nus,  
udi-  
ce-  
Lo-  
ban-  
Me-  
leto  
gister-  
rij

4 VITAE GASP. BARZAEI

de Moraes, ærarij regij in Lusitania totos 12. annos præfectus, vir magna apud suos olim integritatis opinione: qui quod vxorem haberet, è Belgico sanguine oriūdam, facile Gasparem in suam familiam vel in coniugis gratiam admisit.

Hic postquam Gasparem ex India in Europam fama rerum admirabilium reuixerat, hoc eius factū de se narrare solitus est. Viſus era hero nescio quid peccasse: itaque intemperantiū in eum inuehitur, & verbis verbera adiiciens Gasparem malè mulctat. tacuit tum Gaspar, ut erat naturæ facilis ac modestæ: & verò tacendum illi erat qui herum de iracundia moneretur, ne iracundo monitor esset iracundus. Abierant iam hora aliquot, & Gaspar hominem obseruabat, cuius, cum iracundiam deferuisse conspexit, ad eum adit, & fustem eundem manu gerens, heretTolerantia exēplum. offert. Sume, ait, nunc here fustem & si quidem tibi peccasse iam, cùnram posuisti, videor, nocenter

plecti

plect  
velin  
ne al  
stigai  
petie  
pudo  
reliq

S  
filiū  
tare:  
regn:  
ingre  
muta  
quib  
equie  
ad m  
Orie  
ratic  
Deo  
Crec  
deric  
fæcu

I  
ania  
agna  
nio.  
Bel-  
Gas-  
con-  
k In-  
dmi-  
facti  
era  
aque  
itur,  
aspa-  
n Ga-  
c mo-  
ierat  
onere  
or es-  
hora  
bser-  
m de  
lit, 8  
, her-  
istem  
, cùn-  
enter  
plecte

LIB. I. CAP. II. 3

plete. non ego is sum qui peccare velim, puniri nolim; sed quæso te, ne alias, cum famulos suscipis castigandos, consilium ab iracundia petieris. Quibus ille verbis herum pudoris admirationisque plenum reliquit.

CAPVT II.

*Societatem Iesu ingreditur.*

**S**eruiendi necessitatem; quam Gaspari nascendi fortuna imposuerat, diuinæ sapientiæ consiliū eum docuit in melius permutare: ac si quidem Domino servire, regnare est; suo in Societatem Iesu ingressu seruitutem in regnum permutauit. Atque utinam iij viuerent, à quibus in Societatem est cooptatus! equidem non dubito virum tantum ad maxima natum; tantum, inquam, Orientis lumen, singulari quadam ratione AEgyptiacis ex tenebris à Deo ad terram sanctam euocatum. Credibile omnino P. Simonis Roderici exemplò ac consuetudine, à sæculi stipendijs ad vexilla Chri-

A 3 &i es-